



M Z

10



M 7197

Quot sunt loci doctrinae Ecclesiae DEI
in hoc examine Theologico?

Septendecim:

1. De DEO.

2. de Lege.

3. De peccato.

4. De Libero arbitrio.

5. De Iustificatione.

6. De bonis operibus.

7. De Blasphemia.

8. De Ecclesia.

9. De Sacramento in genere.

10. De Baptismo.

11. De penitentia.

12. De cena Domini.

13. De Invocatione.

14. De cruce et consolationibus.

15. De libertate christiana.

16. De Magistratu politico.

17. De coniugio.

126

Z

XVII, 119.

CATECHESIS,

SEV

Capita doctrinae sa-
cræ, cum breui explicatio-
ne D. Mart. Lutheri

Græcè & Latinè,

HIOBO MADEBURGO
interprete.

*Addita sunt sententia sacra ac-
commodata ad capita Ca-
techeseos.*

Galat. 6.

Κοινωνείτω ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῶ
κατηχῶντι ἐν πάσιν ἀγαθοῖς.

L I P S I A E,

C V M P R I V I L E G I O .

I 5 8 9.

M 7

CATECHESIS

Capitulum doctrinae

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

de D. Mart. Lutheri

LIPSIAE

in Officina Typographica

1582



HIOBI MADEBVR-
GI AD HIOBVM FI-
LIVM PRAEFATIO.

SAepe ex me audis
Hiobe fili, & ex Praecepto-
ribus caeteris audiisti sae-
pius, quæ sit verbi diuini
excellencia & dignitas: ni-
mirum fontem esse omnis sapientiae v-
berrimum, & ad veram beatitudinem
viam certissimam. Harum rerû quanta
cupiditate omnibus seculis flagrarint
homines, quantumq; in ijs inquirêdis
mortalium studium extiterit, intelligis
ex ijs, quas ex Cicerone audiisti, sen-
tentijs: & melius aliquando intelliges,
cum maiores in hoc genere literarum
progressus feceris. Quantum enim in
eo autore in inuestigando summo bo-
no studium? Quanta sapientiae, quan-
ta religionis, pietatis & virtutis com-
mendatio? Quantæ laudes eius do-
ctrinae, cuius beneficio rerum diuina-
rum & humanarum scientiam se con-
sequi posse, sunt arbitrati? Etsi autem

summi viri tantarum rerum amore inflammati, studia multa & admirabilia, in ijs cognoscendis posuerint: nunquã tamẽ religionis & pietatis veræ, nunquam rerum diuinarum & humanarũ cognitionem, quæ constantem animi tranquillitatem & salutem illis afferret, affecuti sunt. Quæ enim vera inter eos religionis & pietatis potuit esse notitia, quorum de Deo non absurda modò, sed & discrepantes sunt sententiæ, quiq; cum docuerunt multa, ad fugiendam temeritatem, assensionem tãquam à rebus incertis cohibent? Platonem de Deo loquentem non constare sibi, apud Ciceronem disputatur. Itemq; Aristotelem diuersa tradere, & modò mundum Deum dicere, modò alium quendam mundo præficere. Cicero ipse Academicus, vagam & errantem de Deo sententiam habet. Qui quidem philosophorũ principes, quũ quod de Deo affirmant, non habeant, necesse est, vt incerta & nulla eorum sit religio & pietas, nulla etiã vera rerum diuinarum scientia. At de humanis et si

nis etsi multa, & minimè contemnenda Philosophia tradit: tamen in ea hominis parte, quæ præstantissima est, nõ minus, quàm in diuinis hallucinatur. Nam & ortum generis humani ignorat, & hominis naturam incognitam pro cognita habet: quam deprauatam quidem & corruptã intelligit, sed eas rationi vires tribuit, quibus id, quod in cæteris partibus vitiosum est, corrigi, quaq; tanquam Deo duce, ad naturæ extremum, summumq; bonum perueniri possit. Verum nec hoc constanter dicunt Philosophi. Quum enim quod rectè & honestè fit, ratione fieri docent, nihil ea diuinius hominum generi obligisse affirmant: at cum eadem sapissimè peccari animaduertunt, de Deorum munere rursus cõqueruntur, nullamq; omnino à Dijs immortalib. datam esse rationem fatius fuisse existimant, quàm tanta cum pernicie datam. Et licet hanc mentis & voluntatis prauitatem intelligant, nihilo tamè minus reginam & dominam omnium rationem constituunt, sapientiæq; & perfe-

etæ virtutis nomine dignam iudicant,
atq; ita ex eodem fonte & honesta &
turpia hauriunt. Facile igitur intelli-
gitur, quam rerum diuinarum humana-
rumq; scientiam, summo studio acutis-
simi homines consecuti, quamq; reli-
gionem & pietatem sint professi. Intel-
ligitur etiam illud, cum in ijs, quæ ad
Deum & hominum felicitatē spectant,
non modo nihil viderint acerrimi in-
genij viri, sed inquirendo magis se te-
nebris magnis inuoluerint: non sum-
mæ intelligentiæ, non ingenij excellē-
tissimi de Deo & religione, esse doctri-
nam, sed maiorem quam pro humana
sapientia: nimirum eam, quam diuini-
tus proferri necesse fuerit, quæq; non
nisi diuini numinis auxilio percipi pos-
sit, & intelligi. De quo, mi fili, etsi aliàs
audis, libet tamen hoc loco in memo-
riam tibi breuiter reuocare doctrinæ
sacrofanctæ originem, philosophis i-
gnotam: ex qua, vt dixi, tanquam ex
vberrimo fonte, vera manat sapientia,
& cuius scientia verè beati reddimur.
Homo cum tota rerum vniuersitate à
Deo

Deo æterno ex corpore terreno, & anima diuina, ad immortalitatē & beatitudinem sempiternam iustus & bonus creatus, cum præcepti diuini esset immemor, eoq; neglecto audisset diabolum serpentis ore diuinitatem ipsi pollicentem, æternæ mortis reus, totaq; natura vitiosus factus est: ita ut quæ facienda sibi essent intelligeret, sequeretur vero contraria. Tanto scelere commisso, sub potestate diaboli deinceps cum omni posteritate, perpetuò futurus erat. Auersus enim à Deo vitæ autore, odisse cœpit & exhorrescere, quem diligere debebat, & venerari vnicè. At pro immensa bonitate ardens amore erga genus humanum Deus, misertus est hominis & liberatorem daturum se promisit filium ab æterno sibi genitum, hominem post aliquot secula futurum, semen mulieris virginis, qui sine omni vitio victima pura morte sua iusticiam DEI violatā expiaret, & in libertatem vindicaret hominem, collocaretq; in statum pristinum. Hæc recuperandi summi boni

amissi via ac ratio, cum primo nostro
parenti Adamo longe omnium sapiē-
tissimo esset ignotissima, ipse Deus pri-
mum mentem & voluntatem suam, ra-
tionemq; salutis æternæ consequendæ
aperuit: utq; omnibus omni seculo id
esset notissimum, ipse apud posteros a-
liquoties repetiuit, voluitq; ut per Pro-
phetas & ministros per totum terrarum
orbem propagaretur indies. Hæc do-
ctrina omnium nobilissima & antiquis-
sima, ab eo tempore, quo promissis à
Deo satisfactum est. Euangelij nomi-
ne appellatur. Interea autem, dum ista
docetur homo, ne sui fiducia elatus,
naturæ vitio, extremaq; malitia non a-
nimaduersa, spem aliquam salutis in sese
poneret: neue ad omnia scelera pro-
cliuis, suo arbitrio dissolutus vagare-
tur, legibus fuit coercendus, quibus illi
& ob oculos poneretur naturæ vitio-
sitas, & saluandi sui adimeretur confi-
dentia. Itaq; quæ ad sui agnitionem,
& fugienda flagitia parentum, voce
primum liberis tradita, & præcepta
sunt diuinitus, ea legibus postea Deus
comple-

complexus est, quas manu sua scriptas
& illustratas per Mosen promulgauit,
non aliam ob causam, quàm vt homo
se se nosceret, & turpificati animi fœ-
ditatem tanquam in speculo cerneret,
fideq; amplecteretur sponte sibi ob-
latam in filio I E S V Christo saluatore
diuinam misericordiã, omniumq; de-
lictorum veniam. Hæc cum ita se ha-
beant, intelligis Fili, in Ecclesia Dei
duo iam inde à condito orbe doctri-
narum fuisse genera: Legem, quæ pec-
catorum nos conuincit, dum ea requi-
rit, quæ nunquam facimus: & Euan-
gelium, quod promissam veniam, & li-
beratorem annunciat. Vtriusq; etiam
autorem esse Deum, vt meritò hoc ge-
nus scientiæ Theologia dicta sit. Hu-
ius dignitas summa, & utilitas immen-
sa est, siue autorem Deum spectemus,
siue nos ipsos, qui sine huius beneficio
salui esse non possumus. Non enim ra-
dicem malorum stirpitis extrahit illa,
quam iactant, philosophorum doctri-
na: sed hæc vitiorum peccatorumq;
medicina est, hæc ab animo tanquam

ab oculis caliginem dispellit, hæc Dei
cultū nos docet, hæc vitæ tranquillita-
tē largitur, & terrorem mortis tollit:
huic deniq; nos demus excolendos,
patiamurq; nos sanari, ab ea, si boni
& beati volumus esse, omnia adiu-
menta & auxilia petamus bene bea-
teq; viuendi. Non igitur hæ Philoso-
phiæ, sed Theologiæ laudes sunt, quæ
vera est rerum diuinarum, humana-
rumq; scientia. Hæc enim non solum
esse Deum, sed & qualis erga nos sit,
ostendit: qua se religione coli velit,
quæ illi grata & accepta sit pietas, &
sanctitas. Neq; nos ita opinari docet,
vt illorum verisimilis & probabilis fuit
scientia: sed quia diuinitus accipimus,
stabilem & certam de DEO sententiã
habemus. Nec de homine minus certū
nobis & exploratum est, quæ mētis &
volūtatis vis sit, quæ virtutes, q̄ pecca-
ta & vitia, quæ deniq; eius post mortē
conditio futura sit. Quare mi carissime
Fili, si qua in te est sapientiæ & æternæ
felicitatis cupiditas, quam opto esse
maximam, summo tibi olim studio, nō
tam

tam Philosophorum libri, quam sacro-
facta Biblia legēda erunt, quæ doctri-
nam cœlestem, eaq; omnia, quæ ad sa-
pienter & piē vitam agendam, & verā
salutem pertinent, abunde complectū-
tur. Meministi opinor, quid de cogni-
tione verbi Dei Syrach, quid Psalmi
dicant: Thesaurus sapientiæ recondi-
tæ verbum Dei est. Et, Deum colit, qui
verbum Dei colit. Et, Diligitur à Do-
mino, qui verbum Dei diligit. Itemq;
Mandata tua omni auro & argento
preciosiora mihi sunt: &, Verba tua
quouis melle mihi dulciora sunt. Et
huius generis alia plurima. Hæc, mi fi-
li, aqua vitæ dulcissima est: hinc hauri-
to largiter: has noctes diesq; sitias. Ex
hoc fonte Catechismi, vt vocamus,
capita, tanquam purissimi & saluber-
rimi riuuli sunt deducta: quos primum
cōsectari oportet eos, qui sapientiæ i-
ter ingressuri sunt, vt illorum dulcedi-
ne percepta alliciantur, ac via deinde
certa & compendiaria ad fontē ipsum
perducantur. Ad eos nostro hoc tem-
pore accedere cupientibus, patet adi-
tus

tus perquam facilis, quem multa ante
secula interclusum hydra Romana ob-
federat: cui Herculeo animo innume-
rabilia capita præcidit D. Martinus
Lutherus, vir sancta & æterna memo-
ria dignissimus. Is spiritu Dei plenus,
cùm cætera Bibliorum volumina, piè
& luculèter, tum hæc Microbiblia ver-
bis non multis ita copiosè explicauit,
vt sacrarum literarum præclara funda-
menta se iecisse existimet, qui huius li-
belli doctrinam intellexerit. Etsi autè
hoc nomine gratissimus omnibus esse
debet: tamen vt propter me, tuum pa-
trè, tibi, cæterisq; nostris pueris, quos
tecum paterno amore complector, ef-
set gratior, trãstuli eum in Græcam &
Latinam linguam, sperans fore, vt, si
maturè his verbis aures tuæ persona-
rent, & pietatè & linguas vna eademq;
perdisceres opera. Scis in optatis mi-
hi hoc esse maximè, vt pietate & bonis
literis sis excultissimus. Ad hunc cul-
tum, sacrarum literarum studio inpri-
mis deducendus es. Non deest autem
tibi nec domestica, nec externa insti-
tutio.

tutio. Quod si ad eam voluntas tua &
studium accesserit, non dubium mihi
est, quin votis meis Deus respondeat,
sisq; aliquando in cætu Ecclesiæ vir v-
tilis, bonus patriæ ciuis, nobisq; ma-
gno ornamento futurus. In id vt sum-
ma diligentia sedulo incumbas, te, mi
charissime fili, etiam atq; etiam hortor:
& vt gratia & spiritu suo te æternus
pater adiuuet, ardentè noctes diesq;
precor. Vale Misenæ, ex schola princi-
pis, 4. Calendas Ianuarij. Anno
Christi millesimo, quingen-
tesimo, sexagesimo.



KATH-

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΣΥΝ
ΤΗ ΤΟΥ ΛΟΥΤΗΡΟΥ
ἐξηγήσει ἑλληνισί.

ΑΙ ΔΕΚΑ ΕΝΤΟΛΑΙ.

Η ΠΡΩΤΗ.

Οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

Τετέσι.

Δεῖ πρὸ πάντων ἡμᾶς φοβεῖσθαι τὸν θεόν, καὶ
ἀγαπᾶν αὐτὸν, καὶ αὐτῷ μόνον πισθεῖν.

Η ΔΕΥΤΕΡΑ.

οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου ἡ̄ θεοῦ σου ἄπαι-
ματαίῳ.

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ ἡ̄ θεοῦ, ἡ̄ μόνον
φοβῆν ἡμᾶς, τὰς τε ἐν τῷ ἡ̄ θεοῦ ὀνόματι γε-
νομένας κατάρτας, καὶ τὰς ἡ̄πιουρκίας, καὶ τὰς
ἡ̄ μαγῶν κακοτεχνίας, καὶ πάντα τὰ ψεύ-
δη καὶ ἀπάτας: ἀλλὰ καὶ ἐν ἅπασιν κακοῖς
τὸ θεῖον ὄνομα διὰ προσδοχῆς ἡ̄πικαλέσασθαι,
καὶ δοξάζειν, καὶ τότε δοχαρισεῖν.

Η ΤΡΙΤΗ.

Μνήσθητι τῆς ἡμέρας τῆς σαββάτων, ἀγιά-
ζειν αὐτήν.

Τετέσι

CATECHESIS, CVM
EXPLICATIONE D.
LUTHERI LATINA.

DECEM PRAECEPTA.

PRIMUM.

Non habebis Deos alienos coram
me.

HOC EST.

*Timendus præ omnibus, & amandus Deus
est, & in illum omnis collocanda fiducia.*

SECUNDVM.

Non assumes nomen Domini Dei
tui in vanum.

HOC EST.

*Timendus & amandus DEVS est, ne quem
sub nomine eius execremur, ne iuremus, ne ma-
gorum artes exerceamus, ne mendacijs & frau-
de aliquem fallamus: sed in omnibus rebus ad-
uersis illud nomen vt inuocemus, oremus, laude-
mus, illiq; agamus gratias.*

TERTIVM.

Memento vt diem Sabbati sancti-
fices.

Hoc

ΜΥΘΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΤΕΤΕΣΙ.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς μὴ καταφρονεῖν κηρύγματι τῶν θεῶν λόγῳ: ἀλλὰ τῆτο ὁσίως σέβασθαι, ἀσμένως ἀκρόαθαι, καὶ προθύμως μαρτυροῦν.

Η ΤΕΤΑΡΤΗ.

Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιον γένη ἡμεῖς τῆ γῆς τῆ ἀγαθῆς, ἧς ὁ κύριος ὁ θεὸς σου δίδωσί σοι.

ΜΥΘΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ ΤΕΤΕΣΙ.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς μὴ τετὸς γονεῖς, μὴ τε τὸς δεσπότες ἡμῶν ὑπερφρονεῖντας ἀλιμιάζην, ἐδὲ εἰς ὀργὴν αὐτοὺς καθίσταναι: ἀλλὰ καὶ ἀξίαν τιμὴν, καὶ ὑποηρεταῖν αὐτοῖς, καὶ ὑποφθεῖν ἡμᾶς ἐν ὑσεβείᾳ καὶ φιλοσοργίᾳ αὐτοῖς παρέχην.

Η ΠΕΜΠΤΗ.

Οὐ φονεύσεις.

ΜΥΘΟΣ ΕΚΤΟΣ ΤΕΤΕΣΙ.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς μὴ βλάβην τῶν πλησίων σώμα, μηδὲ κακοποιεῖν: ἀλλὰ βοηθεῖν, καὶ ἐπαρκεῖν, καὶ παρεστάθαι αὐτοῖς ὅποσθ' ἐν τῷ σώματι κινδυνεύοντι.

Η ΕΚΤΗ.

Οὐ μοιχεύσεις.

ΤΕΤΕΣΙ.



H O C E S T .

*Timendus & amandus DEVS est, ne sacras
conciones, & ipsius verbum negligamus, sed vt
illud sancte veneremur, libenter audiamus, & di-
scamus.*

Q V A R T V M .

Honora patrem & matrem, vt bene
tibi sit, & sis longæuus in terra bona,
quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

H O C E S T .

*Timendus & amandus DEVS est, ne paren-
tes nostros & dominos dispiciamus, neue ad ira-
cundiam illos prouocemus: sed vt in summo ho-
nore illos habeamus, illis seruiamus & obsequa-
mur, ita vt chari nobis sint, & in precio.*

Q V I N T V M .

Non occides.

H O C E S T .

*Timendus & amandus Deus est, ne violemus
corpus proximi, aut in ipsum iniuriosi simus: Sed
vt opitulemur illi, & adsimus laboranti quavis
corporis molestia.*

S E X T V M .

Non mœchaberis.

B

Hoc

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς ἐν λό-
γοις τε, καὶ πράξει ἀγνώως καὶ καθαράς τὸν
βίον διάγειν, καὶ τῷ ἑαυτῶ γαμετῷ φιλεῖν
καὶ τιμᾶν ἕκαστον.

Η ΕΒΔΟΜΗ.

οὐ κλέψῃς.

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς τὰ τὸ
πλησίον χρήματα μὴ ἀφελῆσαι, μηδὲ ταῦτα
δολῶ καὶ ἀπάταις νοσφίζεσθαι ἀδικούντας ἐν
τῷ συναλλαγῶν: μᾶλλον ἢ τῷ ὑπάρχουσιν
αὐτῶ εἶσαν πλείω ποιεῖν, καὶ φυλάττειν.

Η ΟΓΔΟΗ.

οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τὸ πλησίον σε
μαρτυρίαν ψεύδη.

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ τὸ θεῶν ἡμᾶς τὸ
πλησίον μὴ καταψεύδεσθαι, μή τε κατηγορεῖν
καὶ καταλαλεῖν αὐτῶ, μή τε γλώσση φιλο-
ψόγῳ διαβάλλειν: ἀλλὰ διαβληθεὶς ὑπερ-
απολογεῖσθαι, ἀγαθὰ καὶ πρέποντα περὶ αὐτῶ
λέγειν, καὶ εἰς τὸ βελτιον τρέπειν ἐξηγεμένους
ἅπαντα.

Η ΕΝΝΑΤΗ.

οὐκ ὀπιθυμήσεις τῷ ἐκείνῳ τὸ πλησίον σε.

Τετέσι.

H O C E S T .

*Timendus & amandus DEVS est, ut casti-
simus & modesti, cum in sermone, tum in reliqua
vita: & ut diligamus singuli coniuges, eosq; co-
lamus.*

S E P T I M V M .

Non furtum facies.

H O C E S T .

*Timendus & amandus DEVS est, ne proxi-
mi nostri pecuniam, aut bona surripiamus, aut
fucosis mercibus, alijsq; actionibus fraudulentis
nobis ea vendicemus: sed ad augendas facultates
eius, & conseruandam rem familiarem prompti-
simus.*

O C T A V V M .

Non loqueris falsum testimonium
contra proximum tuum.

H O C E S T .

*Timendus & amandus DEVS est, ne de pro-
ximo dicamus mendacium, aut iniuste illum defe-
ramus, neue existimationem eius violemus lingua
futili: sed ut illum excusemus, bene de illo loqua-
mur, & in meliorem partem interpretemur om-
nia.*

N O N V M .

Non concupisces domum proxi-
mi tui.

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ εἶ θεῶν, τῆ ἐσία καὶ
τῷ οἴκῳ εἶ πλησίον μὴ ἰπιβαλῶν ἡμᾶς, μη-
δὲ τὸ δικαίων φοβάσθαι τινὶ ἰδιοποιεῖσθαι: ἀλλὰ
πεθουμένους τὰ χρήματα αὐτῶν διαφυ-
λάτῃν.

Η ΔΕΚΑΤΗ.

Ὅτι ἰπιθυμῶν τῷ γυναικῶν εἶ πλησίον
σε, εἰδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτῶν, εἰδὲ τὸν παῖδα αὐτῶν,
εἰδὲ τῷ παιδίσκῳ αὐτῶν, εἴτε εἶ βοῦς αὐτῶν, εἴ
εἶ ὑποζυγίαι αὐτῶν, εἴ ὅσα εἶ πλησίον σε ἐσὶ.

Τετέσι.

Δεῖ ἐν φόβῳ καὶ ἀγάπῃ εἶ θεῶν μὴ πρὸς
ἡμᾶς ἐφέλκεσθαι, μήδ' ἀπαγαγεῖν ἀπὸ εἶ
πλησίον τῷ γυναικῶν αὐτῶν, εἰδὲ τὸ δελικὸν καὶ
ὑψηρικὸν, ἢ τι τῶ κληνῶν αὐτῶν: ἀλλὰ νεθεῖν
αὐτῶν ἵνα ᾤσμενῶσι, καὶ ποιῶσι τὰ δεόντα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝΤΟΛΩΝ ΤΟΥΤΩΝ

ταῦτα λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ εἶ
ἐξόδῳ εἰκοστῷ.

Εγὼ εἰμὶ κύριος, ὁ θεὸς σε, θεὸς ζηλωτῆς,
ἀποδιδὼς ἀμαρτίας τῶ πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ
τρίτῳ καὶ τετάρτῳ γενεᾶν τοῖς μισῶσί με, καὶ
ποιῶν ἕλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με,
καὶ τοῖς φυλάσσοι τὰ προστάγματά με.

Τετέσι.

H O C E S T .

*Timendus & amandus D E V S est , ne edes
& bona proximi dolo & fraude appetamus, neue
iuris aliqua specie occupemus ipsi. Sed ad conser-
uanda ea, ut prompti & parati simus.*

D E C I M V M .

Nec desiderabis vxorem eius, non
agrum, non feruum, non ancillam,
non bouem, non asinum, nec omnia
quæ illius sunt.

H O C E S T .

*Timendus & amandus D E V S est, ne vlla
ratione abalienemus, & ad nos alliciamus vxo-
rem proximi, seruos aut quicumque ex ipsius fa-
milia, sed ut monendo eos retineamus in officio.*

D E H I S P R A E C E P T I S O M-
nibus dicit D E V S Exodi
cap. 20.

Ego sum Dominus Deus tuus, for-
tis zelotes, vsitans iniquitatem patrum
in filios in tertiam & quartam genera-
tionem, eorum qui oderunt me, & fa-
ciens misericordiam in millia, his qui
diligunt me, & custodiunt præcepta
mea.

B 3

Hoc

ΤΥΤΕΣΙ.

ἀπὸ λεί ο θεός καὶ Ἰπικηρύτῃ ζημίαν ἀπα-
σι τοῖς τὰ πρῶτα γράμματα ταῦτα τῷ θεοῦ αἰνέσει.
διόπερ δεῖ ἡμῶς μὴ εἰς αὐτὰ ἀμαρτάνειν, τὴν ὀρ-
γὴν αὐτῶν φοβούμενος. τοῖς ἢ πῆθομένοις τὴν
χάριν αὐτῶν καὶ ἀγαθὰ πάντα ὑποχρεῖται. τέ-
νεκα δεῖ ἀγαπᾶν αὐτῶν, καὶ ταῖς ἐντολαῖς ταύ-
ταις σπουδαίως ἐμμένειν.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ
ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Πιστῶ εἰς ἓνα θεόν, παντοκράτορα, ποιη-
τὴν τῆς οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς.

ΤΥΤΕΣΙ.

Πιστῶ, ὅτι ἓς θεὸς τὴν γένεσιν ἐμὲ ἔχων,
σὺν ἀπαντί τῷ γιγνομένῳ, ὅς σῶμά μοι, καὶ
τὴν ψυχὴν, τὰς ὀφθαλμούς, τὰ ὦτα, καὶ τὰ
ἄλλα μέλη, αὐτόν τε τὸν λόγον καὶ τὰς αἰδή-
σεις πάσας ἔδωκε, καὶ νῦν ἐπι τηρεῖ, Ἰπικημέ-
μενός με τῆς ἐσθῆτος, τῆς ὑποδημάτων, τῆς τρο-
φῆς, καὶ τῆς οἰκίας. πρὸς ἢ τέτοις, τῆς γυναικός,
σὺν τοῖς παισὶ, ἀρχῶν τε, καὶ τῆς θρεμμάτων,
καὶ πάντων τῶν Ἰπικηδείων πρόνοιαν ἔχων, ὅπως
αὐτὰ ταῦτα ἱκανῶς καθ' ἡμέραν ἐκάστην ὑπάρ-
ξῃ. Διὰ ἢ τὴν θεῖαν καὶ πατρῶαν, ἣν πρὸς με
ἀνάξιον ἔχῃ εὐνοίαν, καὶ ἔλεος, ἀπαλλάτῃ με
τῶν κινδύνων, καὶ ὅτι κακῶν ἀπάντων σώσει ῥυό-
μεν.

H O C E S T .

Minatur Deus poenas omnibus ijs, qui has leges perrumpunt. Itaq; eius ira nobis metuenda est, ne ab ijs discedamus. Gratiam vero suam & amplissima premia proponit omnibus satisfacientibus. Ob quam causam diligendus est, & in ipsum omnis collocanda fiducia, & libenti animo legi diuine parendum.

S Y M B O L V M

A P O S T O L O R V M .

Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem coeli & terræ.

H O C E S T .

Credo me cum tota rerum vniuersitate à Deo creatum esse, qui corpus mihi & animã, oculos, aures, & reliqua membra, nec non rationem, sensusq; omnes & largitus est, & conseruat. Vestibus mihi insuper & calceamentis, cibo & potu, edibus, uxore & liberis, agris, pecoribus, & cæteris bonis, ad conseruandam vitam necessarijs, abunde cotidie prospicit. Proque sua paterna & diuina benignitate, atque misericordia, præter meum meritum, indignum me in omnibus periculis protegit, & in aduersis tuetur ac defendit.

B 4

Ob qua

μενΘ. τὸτ' ἕνεκα τῷ χάριτι αὐτῷ δοποιῆσαι
ἐφείλω, ἐπι ἧ ἔπαινον, καὶ ὑπακοῆν. ταῦτα
ἀληθέστατά ἐστι.

καὶ εἰς Ι Η Σ ΟΥ Ν ΧΡΙΣΤΟΝ υἱὸν
αὐτῷ μονογενῆ, κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ
πνεύματΘ ἀγίου, τεχθέντα ἐκ μαρίας τῆς
παρθένου, παθόντα ὑπὲρ πάντων πιλάτου, σαυ-
ρωθέντα. θανόντα καὶ ταφέντα, κατελθόντα
εἰς ἄδου, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν,
ἀνελθόντα εἰς οὐρανὸν, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν
τοῦ πατρὸς παντοκράτορΘ, ὅθεν ἐλπίσει κρι-
ναὶ ζῶντας, καὶ νεκρούς.

ΤΙΣΤΕΣΙ.

πιστῶ Ιησοῦ χριστὸν θεὸν εἶναι ἀληθινόν,
καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων αἰώ-
νων. ἐπι ἧ τεχθέντα ἐκ μαρίας τῆς παρθένου ἄν-
θρωπον τέλειον, ὄντα κύριον τῷ ἐμῶν, δι' ὃν ὁ πα-
λαίωρΘ ἐγὼ, καὶ καλακροθεὶς ἐσώθην. ὅς
καὶ περὶ ἐμῶ ἀγωνιζόμενΘ ἐνίκησε, καὶ με
ἐλυτρώσατο ἀφ' ἁμαρτιῶν πασῶν, καὶ τὸ
θανάτου, καὶ τοῦ διαβόλου δυνάμεως, ἕτε χρι-
στῶ, ἕτε ἀργυρίου, ἀλλὰ τὸ αἷμα αὐτῷ τιμω-
ροῦτον ὑπὲρ μου ἐκχυῶν, παθόντε, καὶ θανόντι
καὶ ἀνελθόντι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐ-
τῶν, γένηται αὐτῶ οἰκεῖΘ, καὶ ὑπαρξήσω αὐ-
τῶ δίκαιΘ, καὶ ἁμαρτῶ καὶ μακάριΘ ἐν τῇ
αἰωνίῳ

Ob quæ beneficia & gratias illi debeo maximas,
& celebrandus à me, summaq; obœdientia colen-
dus est. Hæc certa & verissima sunt.

Et in IESVM CHRISTVM, fili-
um eius vnicum, Dominum nostrum,
qui conceptus est de Spiritu sancto,
natus ex Maria virgine, passus sub
Pontio Pilato, crucifixus, mortuus &
sepultus: descendit ad inferna, tertia
die resurrexit à mortuis, ascendit ad
coelos, sedet ad dexteram Dei patris
omnipotentis, inde venturus est iudi-
care viuos & mortuos.

H O C E S T .

Credo IESVM CHRISTVM verum
esse DEVM, & à patre ab eterno genitum: ve-
rum item ex Maria virgine hominem natum,
eundemque DOMINVM meum, qui me homi-
nem perditum, & sempiternæ pœnæ, ac morti ad-
dictum, à peccatis, à morte, à potestate Diaboli,
non auro vel argento, sed sacrosancto & precioso
suo sanguine profuso, passionis suæ ac mortis inno-
centia redemit, sibiq; recuperavit, ut ipsius iam to-
tus factus, sub ipso viuã & verè iustus ac innocens

B 5 in eter-

αἰωνίῳ ζωῇ ὡσπερ ἐκ τῶν νεκρῶν αὐτὸς ἀνέστη, ζῆ-
τε, καὶ ἀρχὴ εἰς πάντας αἰῶνας. ταῦτα ἀληθέ-
στατά ἐστι.

Πισθῶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλη-
σίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἀφεσὶν ἁ-
μαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ ζωὴν αἰώνιον.
ἀμὲν.

Τῆτέσι.

Πισθῶ εἰς πνεῦμα ἅγιον ἁγίον ἔργον εἶναι
τὴν πίστιν μὲν. καὶ τὴν Ἰησοῦ χριστοῦ ἐπίγνωσιν
ἐξω λογισμῶν καὶ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἀπά-
σης. ὁ ἐκαλεσέ με διὰ τῶν εὐαγγελίων κήρυ-
γμα, καὶ τοῖς δώροις ἐαυτοῦ ἐφώτισεν, ἐν ᾧ πί-
στις ἀληθινὴ ἠγίασε τε καὶ διεφύλαξε. ὡσπερ
κατὰ πάντας τὴν γῆν τὴν ἐκκλησίαν καλεῖ
τε, καὶ σωμαθροίξῃ, φωτίζον αὐτὴν καὶ ἁγιάζον,
καὶ ἐν πίστι μίαν ἔσαν ἀληθῶς διδασκάζον. ἐν
δὲ αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ ἅπασιν τοῖς πισθῶσι
πάντας τὰς ἁμαρτίας καθεκάστῳ ἰκανῶς ἀ-
φίησι, καὶ με ἐκ τῶν νεκρῶν ἡμέρα τῇ ἐσχάτῃ ἐγεί-
ρων, δώσῃ ζωὴν αἰώνιον σὺν ἅπασιν εἰς τὸν χρι-
στον πισθῶσι, ταῦτα ἀληθῆστατά ἐστι.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Τῆτέσι

Τῆτοι

in eterna beatitudine perpetuo ipsi seruiam. Sicut ipse mortuus reuixit, & in omni aeternitate uiuit & regnat. Hec certa & verissima sunt.

Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam, Amen.

H O C E S T.

Credo fidem & agnitionem Christi nec rationis mee, nec humane alicuius in me virtutis, sed sancti Spiritus esse opus. Per quem Euangelij uoce uocatus, & cuius gratia illuminatus, ueraq; fide sanctus & conseruatus sum: ut & per totum terrarum orbem Christi Ecclesiam uocat, colligit, illuminat, & in uera fide conseruat. In qua mihi cum omnibus in Christum credentibus delicta omnia benigne ignoscit cotidie, & die extrema à mortuis credentes nos excitabit, ut eterne uite cum Christo faciat participes. Hec certa & verissima sunt.

O R A T I O D O -
M I N I C A.

Pater noster qui es in coelis.

H O C E S T.

Vale

Τέτοις τοῖς ῥήμασι προσκαλοῖ ἡμᾶς ὁ Θε-
ὸς, εἰς τὸ πισθεῖν πατέρα εἶναι αὐτὸ ἀληθινόν,
καὶ παῖδας αὐτοῦ ἡμᾶς γνίσκας, ἵν' ὡπερ παῖ-
δες πατρὶ ἀγαπητῷ, καὶ ἡμεῖς προσδύχομε-
θα αὐτῷ θαρρῶντες, καὶ ἀγαθὴν ἐλπίδα ἔχ-
οντες.

ἀγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

Τετέσι.

τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἅγιον μὲν καθ' αὐτὸ ἐστὶ.
αἰτέμεθα ἢ τὸ ἐν ἡμῖν ἀγιασμὸν. ἀγιάζε) ἢ
Διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ῥήματα) διδαχὴν καθαρῶ-
τε καὶ ὑγιῆ. καὶ Διὰ τὸ βίον ὅσιον, πρέποντα
ἡμῖν τοῖς τοῦ Θεοῦ ἰούσι. τέτο σὺ δὸς ἡμῖν, ὡ πά-
τερ ἐράνιε. ὅσις ἢ μὴ τε καθαρῶς διδάσκη,
μηθ' ὀσίως τὸ βίον Διὰ τὴν, δι' αὐτὸ τέτον τὸ Θεοῦ
ὄνομα βεβηλῆται. ἀλλὰ σὺ, ὡ πάτερ ἐράνιε.
τέτο τὸ κακὸν Διακώλυσον.

ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

Τετέσι.

ἢ τοῦ Θεοῦ βασιλεία μηδ' αἰτεμένων ἡμῶν
αὐτομάτως ἐρχε) : ἀλλ' ἰκετεύομεν ἵνα ἐπὶ
ἡμᾶς ἐρχη). τέτο ἢ γίνε), ὅταν τὴν τοῦ Θεοῦ
ματ) ἀγία δωρεάν ἡμῖν διδώ ὁ πατήρ ἐρά-
νι), καὶ αὐτοὶ Διὰ τὴν χάριν αὐτοῦ τῷ ῥήματι
αὐτοῦ ἀγίῳ πισθεύοντες, θεοφιλεῖ καὶ τὸ ἐν τῷ πα-
ρόντι βίον, καὶ τὸ ἄλλον αἰώνιον Διαβιώμεν.

γρηθή-

Uult nos his verbis in initio ad credendum allicere Deus, & se patrem verum, & nos veros eius esse filios: ut omni timore abiecto, plena ipsum fiducia inuocemus, non aliter, quam filii dilecti parentem suum charissimum.

Sanctificetur nomen tuum.

H O C E S T.

Oramus, ut nomen Dei, quod per se sanctum est, à nobis quoque sanctè & religiose colatur. Quod tum sit, cum sacrarum literarum doctrina purè & sincere traditur, & nos conuenienter verbo Dei, ut filios Dei decet, piè & sanctè vitam agimus. Quod tu nobis largire ò coelestis pater. At qui aliter vel docet, vel viuit, is nomen Dei inter nos profanum facit. A quo scelere, tu fac, aeternè pater, ut procul abesse possimus.

Adueniat regnum tuum.

H O C E S T.

Regnum Dei etiam ultrò aduenit nobis non orantibus: verum oramus, ut ad nos veniat. Fit id autem, cum spiritum suum sanctum nobis largitur coelestis pater, cuius gratia illuminati credamus doctrinae sanctae, & piè cum in hac, tum in altera aeterna vita viuamus.

Fiat

γρηθήτω τὸ δέλημά σου, ὡς ἐν ἔρανῳ, καὶ
ἐπὶ τὴν γῆν.

Ταῦτά ἐστι.

ἢ ἔστι θεῶν ὁδοκία γινέσθαι μὴτ' αἰτεμένων
ἡμῶν. ἀλλ' ὅμως δέομεθα, καὶ ἐν ἡμῖν γνέσθαι
αὐτῶν. ταῦτο ἢ γινέσθαι, ὅταν ἀπαίρηται ὁ θεὸς, καὶ
ἀκυροῖ πάνσαν κακοβουλίαν, καὶ δέλημα κω-
λύον ἀγιάζῃ τὸ θεῖον ὄνομα, καὶ εἰσελθεῖν πρὸς
βασιλείαν αὐτῶν, οἷάπερ ἐστὶ τὸ ἔστι διαβολὰ δέ-
λημα, καὶ ἔστι κόσμος, καὶ τὴν σαρκὸς τὴν ἡμετέρας:
ἀλλ' αὐτὸς σερῖσθαι ἡμᾶς, καὶ μέχρι τῶν ἔστι βίβ
τελευτῆ τῶ λόγῳ αὐτῶν πιστεύουσα διαφυλάτ-
ται. αὕτη ἢ ἔστι θεῶν ὁδοκία ἐστὶ.

τὸ ἄρτον ἡμῶν, τὸ ἐπιείσιον δὸς ἡμῖν σήμε-
ρον.

Ταῦτά ἐστι.

ἄρτον τὸ ἐπιείσιον ὁ θεὸς δίδωσι καὶ τοῖς
κακοῖς ἀπασιν, ἀνδρῶν τὴν δεήσεως ἡμετέρας,
αἰτέμεθα ἢ ἡμᾶς ἐπιγνώσθαι, καὶ μετ' ἐπι-
χειρίας λαβεῖν τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιείσιον.
πάντα ἢ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ πρὸς ταῦτον
τὸν βίον ἀρμόδια, ἄρτος ἐστὶ ὁ ἐπιείσιος
δηλονότι ὁ σῖτος, καὶ πῶτος, τὰ ὑποδή-
ματα, καὶ οἰκήματα, οἱ ἀγροὶ, αἱ ἀγέλαι,
σὺν τοῖς ἄλλοις κτήμασι, πρὸς ἢ ταῦτοις ἢ γυ-
νὴ ἀγαθῆ, οἱ παῖδες ὁπθῆεις, οἱ δέλοι ὑπὸ ἡκούσι
οἱ ἄρ-

Fiat voluntas tua, quemadmodum
in caelo, sic etiam in terra.

H O C E S T.

*Bona & propensa DEI propitij voluntas fit,
etiamsi nos non oremus: petimus tamen, ut a no-
bis quoque fiat. TUM autem fit, cum consiliorum
omnium & voluntatis prave conatus infringit
Deus & comprimit, quibus profanum fit nomen
eius sacrosanctum, & ipsius regnum extermina-
tur. Cuiusmodi sunt, voluntas Diaboli, mundi
& carnis nostrae. Contra quos ipse nos corroborat,
& ad extremum usque vitæ spiritum, verbo & fide
firmos & constantes conseruat. Hæc bona &
propensa Dei propitij voluntas est.*

Panem nostrum cotidianum da no-
bis hodie.

H O C E S T.

*Panem cotidianum largitur DEVS nec o-
rantibus nobis, etiam improbis. Verum oramus
ut eius beneficium agnoscamus, eoque cum gratia-
rum actione fruamur. Panem autem cotidianum
vocamus, omne id, quod ad alendū & sustentandū
corpus necessarium est: ut sunt, cibus, potus, ve-
stes, calcei, edes, agri, pecora, cum reliquis bonis
& facultatibus. Itemque vxor bona, liberi obe-
dientes, seruique fideles.*

Tum

οἱ ἄρχοντες ὅσιον καὶ δίκαιοι, ἡ δὲ χὴ μὴ χα-
λεπή, ἡ δὴ μερῶν, ἡ εἰρήνη, ἡ ὑγίεια, ἡ παιδῶν
ἀγωγή, ἡ δόξα καλὴ, οἱ φίλοι ἐσθλοὶ, οἱ γεί-
τονες πιστοὶ, καὶ τὰ ὅμοια.

καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφθλήματα ἡμῶν, ὡς
καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφθλέταις ἡμῶν.

ΤΙΣΤΕΣΙ.

αἰτέμεθα, ἵνα μὴ παρακῆσῃ ὁ πατήρ
ἐξάνιⓄ περὶ ὧν δεόμεθα, ταῖς ἀμαρτίαις ἡ-
μῶν ὀργιζόμενⓄ. ἔτε γὰρ ἄξιοι τέτων ἐσμέν,
ἔτε ὡς μισθὸν ἀπαιτέμεθα: ἀλλ' ὅπως διδῶ
κατὰ τὸ ἔλεⓄ αὐτῷ ἡμῖν τοῖς καθεκάστῳ
πολλάκις ἀμαρτάνουσι, καὶ ἐν ταῖς αἰτίαις
μεγίσταις ἔσι. παρ' ἡμῶν δὲ ἰὺ καὶ τὸς ἄλλας
ἀνυποκρίτως τὴν ἀφέσεως τὸ ἔξοδος εἰκός, καὶ
σπυδαίον ἡμᾶς προθύμως δευγετεῖν τὸς καὶ
εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνοντας.

καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πνεύματον.

ΤΙΣΤΕΣΙ.

Ὁ θεὸς μὲν ἐδενὶ τῷ πνεύματι αἰτιⓄ
γίνεⓄ. δεόμεθα ἡ αὐτῷ Διαφυλάτῃν ἡμᾶς, καὶ
τηρεῖν, ἵνα μὴ ἐξαπατῶσιν ἡμᾶς ὁ ΔιάβολⓄ
καὶ ὁ κόσμⓄ, καὶ ἡ σὰρξ ἡμετέρα, κατασῃ-
σαντα εἰς πλὴν ἀπιστίαν, καὶ ἐλπίδⓄ ἀγαθῆς
σερήσαντα, καὶ ἀνάγκης τινός, ἢ κακίας αἰτίαι
ἡμῖν γινόμενα. ἰὺ δέποτε πνευματώμεν ἕως
αὐτῷ.

Tum pijs & suorum amantes domini, imperia salutaria, bona & serena tempestates, pax, sanitas, disciplina, existimatio bona, amici boni, & vicini fideles, & id genus alia.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

H O C E S T.

Oramus, ne pater cœlestis delictis nostris offensus, has preces nostras repudiet, qui nec his digni sumus, nec merita petimus: sed cum quotidie multum peccemus, & poenas tantum mereamur, ut pro benignitate sua nobis hæc largiatur. Vicissim autem nos ex animo delicta alijs condonabimus, & benignè illis faciemus.

Et ne nos inducas in tentationem.

H O C E S T.

Non tenet quidem quenquam nostrum Deus, verum oramus, ut cōtra Diaboli, carnis nostre & mundi fallacias atq; corruptelas, ipse nos tuetur, & cōseruet, ne amissa in ipsum fiducia aut desperemus, aut in magnam aliquam turpitudinē
C & fla-

αὐτῶν, ὡς ἐν μάχῃ ἀριστεύοντες, τῆς νίκης ἐγκρα-
τεῖς γενώμεθα.

ἀλλὰ ρῆσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Τετέσι.

ἐνταῦθα συλλήβδην δεόμεθα τῷ πατρὸς
ἕρανίᾳ, ῥύσαις ὑμᾶς ἀπὸ πάντων τῶν τε ψυ-
χῆς, καὶ τοῦ σώματος κακῶν, ἅμα καὶ τῶν κτη-
μάτων, καὶ τῆς δόξης. καὶ ἵνα ἐν τῇ τῷ βίᾳ τε-
λευτῇ διδῶ ὁσίως ἀποθνήσκῃν, ἰλεῶς τε ἐκ τῶν
θηνῶν, καὶ τῆς παλαιπωρείας τῆς ἀνθρωπίνης βίᾳ
πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ ἕρανὸν ἀναλάβῃ.

Ἀμὲν.

Ταύτη τῇ λέξει βεβαιῶμεν πλὴν πεποιθή-
σιν τῷ ἕρανίῳ πατρὶ διαρέτας εἶναι, καὶ
οἷας ἐξακροθῆναι ταύτας τὰς δούχας. αὐτὸς
γὰρ ἕτως ἡμᾶς προσδύχεσθαι ἐκέλευσε, καὶ αὐ-
τὸν προσδέξασθαι πλὴν δέησιν ἡμῶν ὑπερέχετο.
ἀμὲν, ἀμὲν, τετέσι, ναὶ ναὶ, καὶ ἕτως ᾄροι-
το.

ΠΕΡΙ ΒΑΠΤΙΣΜΑΤΟΣ.

Οὐ μόνον ὕδωρ ἐστὶ τὸ βάπτισμα, ἀλλὰ
ὕδωρ πλὴν τοῦ θεοῦ ἐντολῶν ἔχον. ἕτως γὰρ λέγει
ὁ χριστὸς ἐν τῷ τῷ ματθαίᾳ ἐσχάτῳ.

ποροῦ-

& flagitium prolabamur : & si quando ab ijs impugnemur , ut vincamus , reportemusq; victoriam.

Sed libera nos à malo.

H O C E S T .

His verbis summatim petimus , ut ab incommodis omnibus tum corporis & animæ , tum fortunarum & fame , nos Deus liberet : faciatque , ut animam agentes , mortem piè obeamus , & ipsius gratia adiuti ex hac miserrima hominum vita ad cœlos demigremus.

Amen.

Monet nos hoc verbum , gratas D E O , & exauditas esse preces nostras certissime. Petimus enim iussi ab eo , qui se nos exauditurum promisit. Amen, Amen, quod est , Etiam, Etiam, & ita fiet.

D E B A P T I S M O .

Baptismus non aqua sola est , sed cum verbo & mandato D E I coniuncta aqua , & connexa. Ita enim apud Matthæum capite ultimo Christus inquit :

C 2

Eun-

πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη,
βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ
τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

τὸ ἔσφαινον καὶ ὁ καρπὸς ὃν ἅπασιν τοῖς
πιστεύουσιν πορίζεται τὸ βαπτισμὰ ἐστίν, ἢ τὴν ἁμαρ-
τιῶν ἀφεσιν, καὶ ἡ ἀποδοξάνουσι καὶ τὴν ἀθεοβόλη
ἀπολύτρωσιν, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιον, ὡς περὶ ἐπαγ-
γγελία, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ῥήματα ἐν τῷ ἁγίῳ μάρτυρι
ἐσχάτῳ λέγουσι: ὁ πιστεύσας καὶ ὁ βαπτισθεὶς
σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπισθήσας κατακριθήσεται.

ἐστὶν ἡ τοσαύτη δύναμις ἐκ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ
τοῦ θεοῦ ῥήματος ὁ σὺν τῷ ὕδατι ἐστίν, καὶ τὴν
πίστεως τὴν ὑπομένουσαν τῷ θεοῦ ῥήματι. ἀνδρὶ γὰρ
τοῦ θεοῦ ῥήματος τὸ ὕδωρ μόνον ὕδωρ ἐστίν, καὶ
μὴ βάπτισμα, σὺν ἡ τῷ ῥήματι τοῦ θεοῦ, βάπτισ-
μὰ ἐστίν, τὸ ζῶν ὕδωρ τοῦ θεοῦ χάρι-
τος μετὸν, καὶ λυτῶν παλιγγενεσίας ἐν τῷ
ἁγίῳ πνεύματι, ὡς περὶ πρὸς τὸ τίτον λέγει ὁ ἁ-
γιὸς παῦλος: ὅτι ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ,
ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτὸ ἔλεον
ἔσωσεν ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τὴν παλιγγενεσίαν, καὶ
ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, ὃ ἐξέχεεν
ἐφ' ἡμᾶς πλεονεξίας διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ σωτῆρος
ἡμῶν, ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κλη-
ρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰώνιας.
πιστὸς ὁ λόγος.

σημαίνη

Euntes docete omnes Gentes, baptisantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Fructus autem baptismi est, delictorum venia, liberatio à morte & Diabolo, & aeterna beatitudo. Quem fructum credentes omnes percipiunt, ut verbum Dei promittit: Qui crediderit (inquit apud Marcum extremo capite Christus) & baptizatus est, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Tanta igitur vis non aqua est, sed verbi DEI cum aqua coniuncti: & fidei, que adhibetur verbo quod cum aqua est. Neque enim sine verbo DEI aqua baptismus, sed sola aqua est. At verbum DEI facit ut sit baptismus: hoc est, aqua, in qua vita & gratia DEI redundans est: & lauatio, qua Spiritu sancto renascimur, ut Divus Paulus ad Titum tertio capite: Per lacerum, inquit, regenerationis & renouationis SPIRITVS SANCTI nos saluos fecit, quem effudit in nos opulenter per IESVM CHRISTVM saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ aeternæ. Certus sermo est.

σημαίνῃ τὸ βαπτίζῃν, δεῖν ἐν ἡμῖν πλὴν τῆς
παλαιᾶ ἀνθρώπου φύσιν διεφθαρμένην συν-
ταῖς ἀμαρτίαις, καὶ ἀπάσαις ταῖς Ἰπιθυμίαις
ὑπὸ τῆς μετάνοίας, καὶ ἐγκρατείας βυθίζεσθαι καὶ
νεκροῦσθαι. πάλιν ἢ τὸ νέον ἄνθρωπον ἐγερθῆναι
καθ' ἑκάστῳ ὡς δικαίον τε καὶ καθαρὸν ἐνώπιον
τοῦ Θεοῦ βίον εἰς τὰς αἰῶνας ἀγάγη, ὡς περὶ πρὸς
τὰς ῥωμαίους ἐν τῷ ἔκτῳ λέγει ὁ ἅγιος Παῦ-
λος.

συνελάφημεν ἐν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσμα-
τος εἰς τὸ θάνατον, ἵνα ὡς περὶ ἠγέρθη ὁ Χριστὸς
ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, ἕτω καὶ
ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

ΠΕΡΙ ΔΕΙΠΝΟΥ ΚΥΡΙΑΚΟΥ.

τὸ δεῖπνον τὸ κυριακὸν ἀτρεκέως, καὶ τῶν
ὄντων τὸ σῶμά ἐστι καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυ-
ρίου ἡμῶν, ἐν τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ ὑπὸ αὐτῆς τοῦ
Χριστοῦ διαταχθέν, ἵνα ἡμεῖς Χριστιανοὶ ὄντες
φάγωμεν, καὶ πίνωμεν. καὶ ἕτως γράφουσιν οἱ
ἅγιοι ἀγγελισταί, ὁ ματθαῖος, ὁ μάρκος,
ὁ Λουκᾶς, καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος.

Ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ἣ παρεδί-
δοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἐκλάσει,
καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων, λάβετε,
φάγετε, τὸ ἐστὶ τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν
διδόμενον. τὸ ποιεῖτε εἰς πλὴν ἐμὴν ἀνάμνη-
σιν.

Admonemur autem, dum immergimur, oportere naturae nostrae veteris, & corruptae concupiscentias, & peccata poenitendo submergi quotidie, atque extingui, & prodire nos homines novos, & reuiuiscere, ut iusti & mundi coram Deo perpetuo uiuamus. Idque significari baptismo, diuus Paulus docet ad Romanos 6.

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, quemadmodum Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus.

D E C O E N A

D O M I N I.

Sacramentum altaris sub pane & uino uerum corpus & sanguis est Domini nostri Iesu Christi, ab ipso institutum, ut edamus & bibamus nos, qui nomen eius profitemur. Ita enim Euangelistae, S. Mattheus, Marcus, Lucas, & D. Paulus testantur:

Dominus noster I E S U S C H R I -
S T V S, in ea nocte qua traditus est, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit ac dedit discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis datur: hoc facite in mei commemoratio-

C 4 nem.

σιν. ὡσαύτως μὲν τὸ δεῖπνῆσαι λαβὼν τὸ πο-
τήριον, καὶ δι' χειρῶν ἑδωκεν αὐτοῖς, λέ-
γων. λάβετε καὶ πείτε αὐτῶ πάντες, τῆτο τὸ
ποτήριον ἢ καινὴ διαθήκη ἐστὶ, ἐν τῷ αἵματί
μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν
ἁμαρτιῶν. τῆτο ποιεῖτε, ὅσακις αὐτὸ πίνητε, εἰς
τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

τὸ ἢ φαγεῖν, καὶ πίνην τίνα ὠφέλιαν παρέ-
χε), φαίερὸν ἐστὶν ἐκ τῆτων τῶν ῥημάτων: ὑπὲρ
ὑμῶν διδόμενον, καὶ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁ-
μαρτιῶν. ὅτι δηλονότι ἐν τῷδε τῷ δείπνῳ τοῖς
ῥήμασι τῆτοις τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις σὺ τῆ
ζωῆς αἰώνια μακαρία λήξῃ ὑμῖν δίδο), τῆ γὰρ
τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἢ ζωὴ καὶ τὸ μακάριον ἐπέ).

τῆ τῶν ἀγαθῶν τυγχάνομεν σὺν δὲ
τῶν φαγεῖν καὶ πίνην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ὑπὲρ
ὑμῶν διδόμενον, καὶ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁ-
μαρτιῶν, κεφάλαιον ὄλων τῶν δείπνων ἐν τῷ φα-
γεῖν καὶ πίνην, καὶ ὁ πιστεύων τῆτοις τυγχάνῃ,
ὡσπερ λέγουσι, τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσεως.

Πιστεύοντες δὲ, καὶ ἄλλη τινὶ παρεσκευά-
σθαι, σωφρονῶς μὲν ποιῶσι. ὁ πισθεὶς ἢ
ἐκ τῶν ῥημάτων τῆτων, ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον καὶ
ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μόνος ἀξίος
ἐστὶ, καὶ καλῶς παρεσκευασμένος. ὁ ἢ ἀπισ-
τῶν, ἀνάξιος, καὶ ἢ καλῶς παρεσκευασμένος, ὅτι
τῶν ῥημάτων, ὑπὲρ ὑμῶν, τῶν πῖναι ἀπαλεῖ ἀπάντων.

nem. Similiter & postquam cœnauit, accepto calice, cum gratias egisset, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite, quotiescunque biberitis in meam commemorationem.

Huius Sacramenti fructum hæc verba ostendunt: Pro vobis traditur & effunditur in remissionem peccatorum, quæ delictorum veniam, vitam & beatitudinem nobis pollicentur. Vita enim & beatitudo cum delictorum venia colligatae sunt arctissime.

Tanta autem bona contingunt nobis, non quod edamus aut bibamus, sed quod his ipsis verbis, Pro vobis traditur & effunditur in remissionem peccatorum, quæ sunt huius Sacramenti caput, dum manducamus & bibimus, fidem adhibemus, quæ ipsa, ut verba promittunt, delictorum veniam adipiscitur.

Qui ieiunia aliasque exteriores preparationes adhibent, faciunt y quidem discipline opus, sed dignus is solus est tanto munere, qui verbis his credit: Pro vobis traditur & effunditur in remissionem peccatorum. At qui dubius est, nec ijs credit, is nec dignus, nec bene instructus est, propterea quod hæc verba, Pro vobis, ardentem cordis fidem requirant.

C 5

A D

non sicut in ...
recepto ...
hic ...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...
...
...
...
...



AD PVEROS
CATECHISMI, ET SA-
CRARVM LITERARVM
studio deditos.

QVVM euulganda rursus typis esset
Græca hæc, & Latina Catechismi D.
Lutheri interpretatio, placuit interpreti,
vt ad capita doctrinæ huius singula accõ-
modatæ adderentur sententiæ sacræ, qui-
bus non solum confirmata magis, & expli-
cata ea essent, quæ in Catechismo docen-
tur: sed vt & pueri, qui discunt exercen-
di sese in hoc religionis, & pietatis studio
commoditatem, & facultatem maiorem
haberent, meliusq; in eo, & tutius, vel
sponte sua possent progredi. Visum enim
fuit, id non alia ratione rectius fieri posse,
quam si eiusdem doctrinæ testimonia satis
multa coniuncta haberent, atque ea de-
prompta tantum è sacris literis, quarum
per se ea lux est, & puritas, vt, quæ ad sa-
lutem homini sunt necessaria, sine ambi-
guitate, & obscuritate omni diuinitus sint
reuelata ita, vt intelligi possint etiam abs-
que interprete, modo fides, adiuuante
sancto Spiritu, adhibeatur simpliciter, &
facefiat hinc procul omnis ingeniosa, &
nimis exquisita expositio. Quod quidem
si per-

si persuaderi sibi paterentur homines hu-
mani ingenij excellentia acuti minus di-
sputationum, & contentionum excitare-
tur in ecclesia Dei, quarum certè tempo-
ribus omnibus causa alia non fuit, quàm
quod quæ per se lucida in sacris literis, &
minimè obscura sunt, dum ad mentis no-
stræ intelligentiam, & rationis iudicium
reuocamus, nec fide simpliciter ample-
ctimur, caliginosa, & figurarum tenebris
inuoluta arbitremur, simulq; quæ natura
sua sunt purissima, glossis, & interpreta-
tionibus conturbemus, inquinemus, &
veneno tanquam inficiamus pestilentissi-
mo. Sed de his hîc locus non est. Valeant
qui sic statuunt, & quia ita libet, illustrent
fanè solis lumen oculorum suorum acie, &
radios eius suo contentur vincere acumi-
ne, donec excæcati tandem prorsus in æ-
ternas seipfos tenebras præcipitent. Ad
nostrum propositum quod attinet, spera-
mus consuluisse nos hac opera pietatis
puerorum studio, neq; absq; fructu quas-
dam selectas, & doctrinæ huic conueni-
entes, additas esse sacras sententias, non
è Bibliorum volumine vniuerso, sed è po-
steriore, nouo testamento solum descri-
ptas. Hic enim liber omnium esse potest
in manibus, & ex eo inquiri facile, quo
quidq; loco scriptum sit. Feret autem sine
dubio

dubio hic labor fructus quam plurimos, si
præceptorum in scholis in proponendo,
explicando & exercendo diligentia non
defuerit, quæ non tam in eo posita est,
vt expedite, sine intellectu tamen, me-
moriter pronunciare pueri verba possent,
quam si opera datur sedulo, vt doctrinam
intelligant, & ad suam quamq; Catechis-
mi partem referre, & accommodare haf-
ce sententias, atq; interrogati ijs rectè vti
possint. Ideo non minus quam capita ipsa,
pueris ediscendæ quoque sententiæ sunt,
q; difficile futurum non est, quum quodq;
caput numerum earum ad se pertinentem
exiguum habeat. Ad hæc & hic fructus ac-
cedet postea, vt quò quisq; est adolescens
pietatis studiosior, eò in colligendis &
cumulandis huius generis alijs erit dili-
gentior. Hoc quantum non ipsis solum ad
sacrarum literarum intelligentiam fit
profuturum: sed & quam ad puritatem
doctrinæ in ecclesiæ conseruandam neces-
sarium, non ego in præsentis scribam, sed
D. Lutherum puerorum magistri audiant,
cui bene monenti non obtemperare ne-
fas esse optimus quisq; iudicat. Sic igi-
tur ille: Vos, inquit, qui incumbitis sacris
literis, ante omnia constituite, quid cre-
datis in religione Christiana, vt habeatis
articulos fidei munitos bonis texti-
bus

bus scripturæ sanctæ, & bene meditados.
Deinde quando tecum volunt disputare
vel Satan, vel eius instrumenta hæretici,
tunc obijce eis illos textus, & defere
eos, dicens: Cauillationes, & specula-
tiones tuas audire nolo, hoc enim dicit
Sp. sanctus, qui me monuit vt audirem,
& aurem inclinarem, &c.

Et paulò post:

Quare prima hæc Theologi cura sit, vt
fit bonus textualis, vt appellant, & te-
neat hoc principium primum: In sacris
rebus non esse disputandum, aut philo-
sophandum,

Et mox:

In Theologia tantum est audiendum
& credendum, & statuendum in corde,
Deus est verax, quantumcunque ratio-
ni videantur absurda, quæ in verbo suo
dicat in Psal. XLV.

Alter locus extat lingua Germanica in-
ter conciones in natali die Domini ha-
bitas, quem sic latinum fecimus:

Hoc igitur modo ad fidei articulos sta-
biliendos, & probandos in sacris literis
discendis assuefaciendi eramus, alioqui
audita tantum referimus. Erat in eo
quoque erudienda, & exercenda pueritia,
vt quouis de articulo Sacræ scripturæ sen-
téntias

rentias collectas habeat, & interrogati
respondere possint, quæ sint fundamenta
nostræ fidei. Hac ratione futurum erat
breui, vt docti inter nos Christiani essent,
quemadmodum eo seculo olim, quo puel-
lulæ diuæ S. Agatha, & Agnes literis sa-
cris vti, & os obturare cuius poterant.
Sunt autem eiusmodi loci communes, &
fidei capita communia proponenda pue-
ritiæ, & inculcanda, vt ijs diligenter per-
ceptis, per se postea scripturam sacram
legere & confirmare illa, atq; condire plus
possint, quò & fide præstantes, & scriptu-
ræ intelligentia essent eximij. Tum demũ
autem futurum, vt in puritate doctrinæ
conseruanda, in corruptelis vitandis, &
prohibendis sectarum, & hæreticorum
erroribus, ecclesiæ Christi status esset
melior. Verum quid audisse iuuat sacras
literas, quas habemus abundanter, neq;
tamen discimus, aut ad vsum conferimus?
Puellæ sumus similes sedenti in florũ me-
dio, nullum tamen eorum ad capitis or-
namentum volenti decerpere.

*Lux verbi tenebris caret, & purissima sola est,
Quæ fluit ex ipso fonte salutis aqua.*

Ivāplon

ΠΡΩΤΟ Γ Ν Ω Μ Α Ι Α Γ Ι Α Ι.

Περὶ τῶ νόμου.

Οἶδαμεν ἣ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, εἴαν τις αὐτῷ
νομίμως χρῆται. α. Τιμοθ. α.

ὥστε ὁ νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ
δικαία, καὶ ἀγαθὴ.

καὶ μετὰ ταῦτα.

Οἶδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος πνευματικὸς ἐστίν.

Ρωμ. η.

τὸ τῶ νόμου ἔργον.

Διὰ γὰρ νόμου ἠθίγνωσις ἀμαρτίας. Ρωμ. γ.

ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζετο, ἔστι γὰρ ὅτι ἐστὶ
νόμος, ἐδὲ παράβασις. Ρωμ. δ.

νόμος γὰρ παρεστῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ
παράπτωμα. Ρωμ. ε.

ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν
εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιοθῶμεν.

Γαλ. γ.

ἡ δικαιοσύνη ὅτι ἐκ τῶν τῶ
νόμου ἔργων.

Διότι ἐδικαιοθήσετο ἐξ ἔργων νόμος πᾶσα
φάρμακον ἐνώπιον αὐτῶ. Ρωμ. γ. & Γαλ. β.

καὶ μετὰ ταῦτα.

εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς
δωρεάν ἀπέθανεν.

ὁ ἣ νόμος ὅτι ἐστὶν ἐκ πίστεως ἀλλ' ὁ ποι-
ήσας

SENTENTIAE SACRAE.

De Lege.

S Scimus autem quod bona sit lex, si quis ea legitime utatur. 1. Timoth. 1.

Itaque lex sancta, & praeceptum sanctum, ac iustum & bonum.

& paulo post:

Scimus enim quod lex spiritualis est. Rom. 7.

Legis officium.

Per legem enim cognitio peccati. Rom. 3.

Lex iram operatur, siquidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Rom. 4.

Lex autem obiter, subiit, ut abundaret delictum. Rom. 5.

Itaque, paedagogus noster lex fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. Gal. 3.

Iusticia non ex legis operibus.

Non iustificabitur ex operibus legis coram eo omnis caro. Rom. 3. Gal. 2.

& paulo post:

Si enim per legem iusticia, Christus utique frustra est mortuus.

Lex autem non est ex fide, sed faciens

D ea

αὐτὰ ἀνθρώπων ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

καὶ μετὰ ταῦτα.

εἰ γὰρ ἐκ νόμου κληρονομία, οὐκ ἔτι ἐξ ἐπιγγελίας. Γαλ. γ.

κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ νόμου, ὅτι πνεῦμα νόμου δικαιοσύνης, τῆς χάριτος ἐξέπεσετε. Γαλ. ε.

τὸ νόμος κεφάλαιον.

Πάντα ὅσα ἀνθέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ἔγω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. ἔτι γὰρ ἐστὶν ὁ νόμος, καὶ οἱ περὶ τῆς πίστεως. Ματθ. ζ.

ἡραπήσθε κύριον τὸν Θεὸν σας ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σας, καὶ ἐν ὅλῃ ψυχῇ σας, καὶ ἐν ὅλῃ διανοίᾳ σας. αὕτη ἐστὶν πρώτη, καὶ μεγάλη ἐντολή. Τούτῃ ὅμοια αὐτῇ. ἡραπήσθε τὸν πλησίον σας ὡς σεαυτὸν. ἐν ταύταις τῷ δὲ δὲ δὲ ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος, καὶ οἱ περὶ τῆς πίστεως κείμενα. Ματθ. κ β.

I I.

Π Ε Ρ Ι Τ Ο Υ Θ Ε Ο Υ Κ Α Τ Α

τὸ σύμβολον τῶν ἀποστόλων.

εἰς ὁ Θεὸς, ἢ πατὴρ.

Εἰς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιοσύνη, πειρομένη ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν ἐκ πίστεως. Ρωμ. γ.

καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι Θεοὶ εἴτε ἐν οὐρανῷ. εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς (ὡς περ εἰσὶ Θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ) ἀλλ' ἡμῖν εἰς Θεὸς ὁ πατὴρ

en homo uiuet in eis.

Et paulò post:

Si ex lege est hereditas, iam non ex promissione. Gal. 3.

Nihil uobis cum Christo est, quicumque per legem iustificamini, à gratia enim excidistis.

Gal. 5.

Summa Legis.

Quaecumque uolueritis ut faciant uobis homines, eadem & uos ipsis facite. Hac enim lex est, & propheta. Matth. 7.

Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua. Hoc primum & magnum praeceptum est. Alterum uerò huic simile: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus praeceptis tota lex & propheta pendent. Matth. 22.

I I.

DE DEO

Secundum Apostolorum Symbolum.

Vnus Deus, & Pater.

Vnus Deus, qui iustificabit circumcisionem ex fide, & praeputium per fidem. Rom. 3.

Quaquam enim sint, qui dicantur Dij, siue in caelo, siue in terra (quemadmodum sunt dy multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus est

D 2

Pater,

πατὴρ ἐξ οὐ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.

α. Κορ. η.

εἰς κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα, εἰς Θεός,
καὶ πατὴρ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν. Εφεσ. δ.

καὶ ὁ Θεός, καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπή-
σας ἡμᾶς, καὶ δὲς παράκλησιν αἰώνιον, καὶ
ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι β. Θεσ. β.

Τέτρα χάριν κάμπλω τὰ γοναῖά μου πρὸς
τὸν πατέρα τῶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ ἧ
πᾶσαι πατρία ἐν ἕρηνόις, καὶ Ἰπὶ γῆς ὀνομά-
ζε). Εφεσ. γ.

ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα
ὑμῶν: καὶ Θεόν μου, καὶ Θεόν ὑμῶν. Ἰωανν. κ.

ὁ Θεός παντοκράτωρ.

Τῷ ἡ βασιλεῖ τῶν αἰῶνων ἀφθάριω, ἀορά-
τῳ, μόνῳ σοφῷ τῷ Θεῷ πατρί, δόξα εἰς τὰς
αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Αρμ. α. Τιμοθ. α.

ἦν (Ἰπιφάνηαν τῶ χριστοῦ) καιροῖς ἰδίῳις
δείξει ὁ μακάριος, καὶ μόνῳ δυνατός, ὁ βα-
σιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριῳ τῶν
κυριουόντων, ὁ μόνῳ ἔχων ἀθανασία, φῶς
εἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν εἰς ἀνθρώπων, εἰ
ἰδεῖν δύναται, ὡ πατρί, καὶ κράτῳ αἰώνιον.
α. τιμοθ. ε.

ὡ βάθῳ πλάτῃ, καὶ σοφίας καὶ γνώσεως
θεῶ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρῖματα αὐτοῦ, καὶ
ἀνεξι-

pater, ex quo omnia, & nos in illum. 1. Cor. 8.

Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, vnus Deus, & pater omnium, & in omnibus vobis. Eph. 4.

Et Deus, & pater noster, qui delexit nos, & dedit consolationem eternam, & spem bonam per gratiam. 2. Thess. 2.

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omne nomen patrum in caelis, & in terra nominatur. Ephes. 3.

Ascendo ad patrem meum, & ad patrem vestrum: Ad Deum meum, & Deum vestrum Iohan: 20.

Deus omnipotens.

Regi autem seculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo honor, gloria in secula seculorum. Amen. 1. Timoth. 1.

Quam (apparitionem Christi) temporibus suis ostendet ille beatus, solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem nemo hominum vidit, neque videre potest, cui honor, & imperium sempiternum. 1. Timoth. 6.

O altitudo diuitiarum, & sapientiae, et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et

αὐνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτῶν. τίς γὰρ ἔγνω νῦν κυ-
ρίως; ἢ τίς σύμβουλος αὐτῶν ἐγένετο; ἢ τίς προ-
έδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτοῖς;
ὅτι ἐξ αὐτῶν, καὶ δι' αὐτῶν, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ
πάντα, αὐτοῖς ἡ δόξα εἰς πάντας αἰῶνας. Ἀρμ. ῥωμ. ια.

ὁ Θεὸς ποιητὴς οὐρανοῦ, καὶ
τῆς γῆς.

ὁ τὰ πάντα κατασκευάσας ὁ Θεός. Ἐ-
βραι. γ.

Ὁραγγέλω σοὶ ἐνώπιον ἔξ Θεῶν, ἔξ ζωο-
ποιούντων τὰ πάντα. α. Τιμοθ. σ.

ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα
τὰ ἐν αὐτοῖς. ἔτι οὐρανοῦ, καὶ γῆς κύριος
ἐπιάρχων οὐκ ἐν χερσὶ ποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ,
ἐδὲ ἐπὶ χερῶν ἀνθρώπων θεωρεῖται
προσεύμενός τινος, αὐτὸς διδὼς πᾶσι ζωὴν,
καὶ πνοὴν κατὰ πάντα, ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵ-
ματός πάντων ἔθνων ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ
πάντὸ πρόσωπον τῆς γῆς. ἐν πρῶτ. ἰζ.

ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ
χάρις αὕτη ἐν τοῖς ἔθνεσιν διαγγελίσασθαι τὸν
αὐνεξιχνίαστον πλάστον ἔξ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι
πάντας τὴν ἡ κοινωσίαν ἔξ μυστηρίων, ἔξ ἀποκε-
κρυμμένων ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ
πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐφεσ. γ.

ποῖον

via eius peruestigari non possunt. Quis enim cognouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia. Ipsi gloria in secula. Amen.

Rom. 11.

Deus creator cœli, & terræ.

Qui omnia creauit, Deus est. Hebra. 3.

Precipio tibi in conspectu DEI, qui uiuificat omnia. 1. Timoth. 6.

